



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

De omnibus Sanctis Martyribus, Hymnus LXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Nos cum Ioanne virgine  
Iuuent & Thomas dydimus  
Suffragijs assidue

Bartholomæus deprecans  
Sit cum Mattheo iugiter  
Pro nobis, atq; supplicans  
Simon cum Iuda pariter.

Matthias atq; Barnabas,  
Lucas & Marcus sedule  
Fundant preces continuas  
Pro nobis omni tempore.

Nobis Maria regia  
Sit Magdalena Dominum  
Placans, quæ est Apostola  
Apostolorum omnium.

Syleas cum apostolis  
Ac viri euangelici  
Cum cæteris discipulis  
Orent pro nobis singuli.

Apostolorum Domine  
Sit honor, laus & gloria  
Cum Patre & Parasito  
In sempiterna secula, Amen.

*Vers.* Constitues eos principes super omnem terram.

*Resp.* Memores erunt nominis tui Domine.

Oratio.

**D**omine Iesu Christe, vt possimus, omnium sanctorum Apostolorum & Euangelistarum atq; discipulorum tuorum imitatione vestigia tua subsequi, da eorum intercessione ad hoc nos adiunari: quatenus cuncta terrena despiciere, & tantummodo cœlestia diligere, atque tibi soli Deo vero valeamus iugiter inhaerere. Qui viuus &c.

*De omnibus sanctis Martyribus,*

Hymnus. LXXVII.

**A**VE benigne Domine,  
Qui es corona martyrum  
Per quorum preces vincere

Da nobis bella dæmonum.  
O bellatores Domini,  
Pro que fudistis sanguinem,  
Orate nobis tribui  
Pugnandi fortitudinem.

Suspensi in patibulo,  
Combusti in ignibus  
Precemini pro populo  
Cum submersis in fluctibus.

Qui estis pelle propria  
Exuti per martyrium,  
Transfixi per latera  
Placate nobis Dominum,

Truncatiq; capitibus  
Et fracti toto corpore,  
Percussiq; lapidibus  
Pro nobis intercedite.

Orent pro nobis martyres  
Cum precibus assiduis,  
Quorum carnes carnicibus  
Dilaniabant vngulis.

Honor, decus, imperium  
Ac virtus & victoria  
Sit Christo regi martyrum  
Per infinita secula, Amen.

*Vers.* Iustorum animæ in manu Dei sunt:

*Resp.* Et non tanget illos tormentum mortis.

Oratio.

**P**raesta quaesumus omnipotens Deus, vt qui omnes sanctos martyres fortes in resistendo, ac patientes in sustinendo, cognouimus, ipsos semper pro nobis vt tales simus, intercedere sentiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuere & regnat, &c.

*De omnibus sanctis Confessoribus.*

Hymnus. LXXVIII.

**A**VE benigne Domine,  
Qui sanctis confessoribus  
Inspiras intercedere

mm 3

Pre